



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Spes & Fiducia, Cuius Iudicisqve Dei, Erga Homines In Hac
Vita Existentes, Firmata**

Stengel, Georg

[S.l.], 1645

§. 13. Foeminæ lautiorum ciborum abstinentiam docentes.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-49823](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-49823)

Saxoniz. maluerunt, cum omnibus rebus abunda-
c. 8. & l. 4. rent.

Annal
Boiorū.
An. Brun

§. XIII.

*Fœmina lautiorum ciborum abstin-
tiam docentes.*

D. Hie-
ron. ad
Marcel-
lam. c. 15.

Quin neque fœminæ defunt, quæ victus
Parfimoniam epularum delitijs prætulērūt.
De Afella virgine, sic scribit Hieronymus:
*Cum per omnem annum jugi jeiunio pasceretur,
biduo triduoq³ sic permanens, tum verò, in Qua-
dragesima, nauigij sui vela tendebat, omnes penè
hebdomas, vultu letante, coniungens. Et quod
impossibile forsitan est hominibus ad credendum,
Deo autem præstante possibile est, ita ad quin-
quagenariam peruenit ætatem, ut non doleat
stomachus, non viscerum cruciaretur injuria,
non sicca humus, in qua cubabat, jacentia mem-
bra conficeret; non sacco asperata cutis furore
situmq³ contraheret, sed, sano corpore, anima sa-
nior, solitudinem putaret delitias, & in vrbe
turbida eremum inueniret monachorum. In-
genibus durities camelorum, præ orandi fre-
quentia, occalluisse reperta est. Huic, merito
fuo, annumeranda est Genouefa virgo Pari-
fiensis, quæ, Bonfinio teste, à quinto decimo
ætatis suæ anno, vsque ad quinquagesimum
hordeaceo tantum pane & fabis contenta,*
bis

Bonfin. l.
5. hist.
Decad. 1,

bis duntaxat, in hebdomade, cibum fume-
bat. Quæ exempla meritò in ruborem dare
possunt sæculi nostri Iunones, quæ teneri-
tudinem complexionis, & stomachi debili-
tatem prætexunt, ne ieiunio compensare
cogantur luxum luxuriæque, qua, in tri-
clinijs & recessibus, Deum grauissimè offen-
derunt. Scilicet ad centum fercula digeren-
da satis potens stomachus; ad vnâ coenam
omittendam est nimis infirmus. Quema-
modum, vt in hyeme, vnâ horâ, concioni
interfint, cœli asperitas & frigus obstat, nō
obstat, vt in campis, per totos dies, venen-
tur: & compluribus horis, in rheda, per ni-
ues, & glaciem, omnibus plateis, inter v-
rentes frigore Aquilones, circumuehantur,
quasi non heroides, sed Mænades essent.
Nimirum non cœlum, sed ipsæ sunt frigi-
dæ: cum Dianis vtique, non cum Genoue-
fis comparandæ. Si eligat quispiam, quod
Superis approbandum, sibi remunerandū,
Inferis detestandum rectè iudicat; eliget vtique,
vt sibi diuina Bonitas frugalem potiùs,
quàm luxui deditam voluptariâmq; vitam
largiatur. Quid ergo Deum, tanquam im-
mitem, accusamus, si ab eo id habemus,
quod ipsi, si rectè calculum ducimus, cen-

Plin. lib.
8 Nat.
hist. c. 5.

femus præoptandum? Videmus, nihil deesse timentibus Deum; avaris autem nihil sufficere, & ditissimos conqueri de paupertate: ut vel hinc sapere possimus. *Optimum est enim, aliena insania frui. Feliciter sapit, qui alieno periculo sapit.*

§. XIV.

Intemperantia pereuntes.

Politian.
in Nutric.
Hermip.
apud Diog.
eg.

Neque animæ periculum est tantum, sed & vitæ præsentis; quæ crapulâ acciditur. Quid interest, laqueo, an cibo suffoceris; fluvio, an dolio submergaris? Acino vix passæ strangulatus est Anacreon Teius, teste Politiano. Immodico vini haustu, anno suæ ætatis LXX. iugulatus est Archefilaus Prytanæus, ut memorat Diogenes. Aiunt & Andobuntum Anglorum regem in cœna quandoque tantum vini sumfisse, ut eo obrutus repente excesserit à vita. Mille sunt exempla. Sed Medicorum sententia est, pl^{us} nocere nimiam cibi, quam potus saturitatem. Itaque & hinc multi in morbos, immo & in subitas mortes labuntur. Domitium Afrum Eusebius scribit, cibi superfluitate redundantem, in cœna, perijsse. De Septimo Severo Imperatore refert Aurelius Sextus, eum, dum membrorum omnium,

maxi-